



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Deus quoad actus liberos Scientiæ & voluntatis etiam immutabilitatis
prorsus, & invariabilis autoritate, & ratione monstrantur, & ex parte
vindictur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

CERTAMEN II.

Deus quo ad actus liberos scientiæ, & voluntatis etiam immutabilis profusus, & invariabilis auctoritate, & ratione monstratur, & ex parte vindicatur.

Probatur primo ex illis verbis Psalmi. *Tu autem idem ipse es* vulgari sententiâ solum, quem factis ad litteram dedimus q. 2. cert. n. 1. omnem etiam quod ad affectiones, & actus metaphysicos Deo de mutatione, & variationem profusus à Deo repellit. Secundo ex illo Jacobi 1. *Nec vicissitudinis umbramvis.* Etsi enim adjecto temporaneo veritatis temporis fluo affixæ, æque bonitatis in eo ipsi similis, ac promide & Scientiæ, & voluntatis libertæ, quæ Deo ab æterno non adiuisset, nec formalis, nec illaria physica intrinseca, & propria mutatio, adinque negatua, Deo adesset; neque etiam si deficerent temporariæ & temporaneorum eorum obiectuorum recessu, & discursu datum cert. 1. n. 5. quem falso inani principio inferius ostendimus, ad mutationes, & vicissitudines umbrationem, fleg umbram in eo esse, quod nescientia de obiecto contingenti eius scientia succedat, æque huius rursus per æternitatem succellat fide eisdem obiecti nescientia negari minime potest. Reliqua scriptura testimonia ibidem n. 2. producta præsentis instituti de immutabilitate negatua Dei, in eo quidem iudicio, non sunt.

2. Ex recitatis Patribus ad rem praesentem faciunt illa Augustini verba i. confell. cap. 6. *Rerum omnium instabilium sunt causa & rerum omnium mutabilium mutabiles manent origines* (scilicet decreta, & omnia inordinabilia, & temporalium sempernova) vivunt rationes: Idem scientia Dei ea, & disponens; & contemplanis. Sententia enim illa Prosperi, quae est 14. *Eterna, & incommutabilis est voluntas eius, nec consilium alternante variatur: in qua simul est, quid quid in rebus creandis vel ordinandis praescepi, aut sequitur.* Cum autem consilium, seu scientia non alteretur, atque in Deo sit simul sit, quid quid fuerit illi temporis fuit, vel sit iuxta Prosperum, nulla ex aeternitate, & per aeternitatem in eis variatur, quare neque mutationis adhuc negatque vimbra, quo ad ea, esse viliquam potest.

3. Ratione infusæ probatur potest. Primum est prædicto diuino, quod in actibus Dei liberis tam voluntatis, quam intellectus intrinsicè, necessariò, & essentialiter inuoluitur. De ratione enim cuiusvis prædicti diuini verè, ac intrinsece talis, est æternitas esse: atque scientia, & volitio libera Dei de objecto quouis, quantumuis contingenti, & defectibili verè, ac intrinsece diuina est: ergo, & æternitas. Atqui æternò nequit sue apparere ante, siue à parte positi sui defectus obsequi implicatione accedere: ergo necesse actibus liberis scientiæ, & voluntatis diuinæ de objecto vilo, quantumuis contingenti, & defectibili, probatur secundo ex summa intelligentia, seu vi intellectiua, atque omniscentia diuina, quod ad scientiam Dei liberam, (in qua præcipua inspicitur difficultas expediendi cert. 3.) æternitas ex his prædictis necessariò inferatur. Deum ex æternitate, ac per æternitatem cognoscere quidquid ex ea, & per eam est cognoscibile, nec vel omniuius aliquid non fit, cutique, ac finitæ intelligentiæ arguatur. Atqui obiectum quoduis quantumuis absolute sit, & defectibile ex eo præcille, quod aliquando absolute sit, verum, & cognoscibile est ante acta æternitate fore, & successiua æternitate fuisse: ergo & fore, & fuisse cognoscetur à Deo in illis, & esse pro duratione, qua est. Assumpta minor subiecta probatione claret, clarescit amplius cert. 3. vbi cius impugnationes efficaces dissi-
ciantur. Probatur tertio ex probato à nobis principio de infinitate generis sui, & simpliciter tale, ac per denegatione termini, etiam extrinseci generis illius cuiusvis pax-

dicatur diuini è conceptu suo indiuisibilem de euidenter
inferitur amorì, & scientiæ Dei primo habitis, & conce-
ptis nihil amoris, aut scientiæ accedere vnquam, vquam-
ue posse de aliquo obiecto.

4. Obiecti primo. Nequit fieri inuariabiliter nisi inuariabiliter verum: at tale contingens non est, cum absolute possit non esse: ergo nequit inuariabiliter fieri. Distingue minorem. Tale est quod inuariabiliter, quod aliquando fit, ex qua Deo fitur, & ex qua absolute non potest non esse aliquando: arque, ex attentitate fore, & per attentitatem succellum fuisse, nego minorem; inde consequentiam in eo sensu. Initias adhuc ex suppositione, quod aliquando sit contingens, eius enitas potest deficere aliquando: ergo & veritas quæ ab ea non differt. Distingue maiorem. Potest deficere per seipsum attento suo actu primo solo, aliquando fateor, obiectum nego, & similiter consequentiam, scilicet consequens iuxta dictum. Instabis secundo: scientia Dei de obiecto contingenti ei dem, arque hoc; contingenter pro singulis instantibus subest, arque hoc, adhuc ex suppositione, quod in vno instanti sit potest in aliis deficere, etique proxime contingenter in aliis: ergo, & scientia Dei de illo, adhuc ex suppositione quod semel sit, contingenter, ac defectibiliter perseverat. Est manifeste aquocatio. Ex eo enim, quod scientia Dei contingencia obiecti subit, quia, si non fit in hoc instanti non cognoscitur esse in illo, neque in secundo, si in eo, y potest obiectum contingens non fit. Ast non inde inferitur scientiam de obiecto existentem in primo instanti illo, y existentem in illo, posse deficere, & cessare in instanti secundo: sed solum posse non esse scientiam obiecti eiusdem, y existentis in instanti secundo non solum in illo, sed & in tota æternitate. His scindum. impugnari potest æternitas actum voluntatis diuine liberorum, quod obiecti contingents existentiam supponunt y quibus eadem occurrent solutiones.

tionibus, Sed vrgentius contra actus liberos omnes voluntatis diuina, tam complacentia, quam desiderij, argues, qui neque ab aeterno esse, neque in aeternum videntur posse perdurare, Bona enim creata, vix physica, vix moralia; neque ab aeterno, neque in aeternum actu deprehensibiles sunt; atque complacentia nequit sine boni praesentia esse, cum essentia sua in bonum, vt praesens, feratur & de go Dei complacentia de bonis creatis neque ab aeterno est, neque in aeternum est; sed cum eorum praesentia temporaria incipit, & absentia eorum temporaria finitur. Quod ipsum de desiderio facili probatur; cum hoc boni absentiam essentia sua requirit, cuiusque praesentia, quae temporaria in creatis est, necessario pereat. Quod si desiderium efficax sit de re tali tempore opponendaq; ne possit, transiitque eo tempore perseuerare illud nequit, quin sit desiderium efficax de re impossibili, quod implicat: tempus enim illud nequit redire: & quidem licet decreta ab aeterno ab Dei perfectione concepta fuerint irrita tamen, & otiose, quare & replignantur vti tra rei statuto tempore effusione, consideratione quae videtur perduratura. Nec valet recursus ad praesentiam physicam rerum aeternitati Dei per aeternitatem tem: atque et aeternitate S. Thomae impossitam: vt enim vera esset, atque ad gaudium aeternum Dei de illis sufficeret; ad omne Dei erga creatura desiderium, contra scripturam; abeundum satis foret: nisi ad praesentiam rerum temporaneam in propria mensura reuertatur: in qua totus argumenti impetus: est exicipien- dus.

dis. A. Responde de creato gaudio, & desiderio verum esse antecedens: in quibus euentus incertitudo, ac fultus non adeo constans scientia nostra, atque in Deo de absentia, ac nondum existentia est, neque anxietatem, desiderij creati indiuiduum comitem, nobis eximit, neque gaudij de futuro bono infallibilis, ac secuta nobis adesse notitia, gaudere perinde possumus, ac si praesens adesse. Scite enim de certitudine promissum nobis adesse. Scite enim de certitudine promissum a suo imperatore in hanc sententiam Patatus in sua Paenegyri scriptis. *Tam certa sunt, quae spondet, ut tunc videantur accepta, cum spondet. Cumque habentis fidei, autem esset, ut tunc homines incipient felicitate gaudere, cum capissent esse felices: tu promittendo praestanda* inuenisti

invenisti tempus, quod nobis natura subtraxerat: ut, quæ aspectu solùm inuabant, etiam adspicienda delectarent. Ne tamen rhetoricæ magis, quam solidæ, icholasticæ, ac vilius dictum à Panegyrista videatur accedat Arist. 2. Rethor. c. 5. ubi de malo cetero futuro, Timorem non posse concipi ait, sed tristitiam gaudii oppositam. *Opus est* (inquit ille) *salutis subesse spem, pro quo perheretiscus.* Cui consentit S. Thom. 1. p. q. 62. art. 2. & 3. p. q. 15. art. 7. Eius veritatis firmiorem habemus Christi testimonium Ioann. 8. n. 50. *Abraham* (Christi tot retro annis antecessor) *pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gaudium est.* Vnde & Apostolus ad Roman. 8. Beatos suam beatitatem sperare non posse aiebat dicens: *quod vidit quis, quid sperat?* cum tamen niti certo futuræ spei, ac desiderij actum impediret, gaudijque affectum moueret Beatis, fore per æternitatem desiderare, sperareque possent, quam fore certò videbant. Erratio est. Quia, quod nobis gaudium ingenerat, non est physica eius præsentia, & existentia in se, sed in cognitione certa, ut de eius existentia securi reddamur: quare infallibilis certa, ac secuta scientia de boni futuritione absoluta ad mouendum nostrum gaudium, visioni de eius præsentia æquiualeat, atque in morali æstimatione idem omnino est: cum ergo Deo creata bona, eorumque impropria duratione existentia à Deo certè, atque infallibiliter, ut existentia, sibi que pro illa coexistentia, ex æternitate videantur atque tunc, atque cum in se præsentia, & existentia sunt, gaudium mouere ipsi possunt.

7. Ad illud de desiderio dicito: Deum ad illud non boni creati, nec futuritionis eius visionem, sed vel scientia simplicis intelligentiæ de eius possibilitate, vel scientia media de eius conditionata futuritione moueri. Cum autem hæ scientiæ æternæ per omnes sint, atque Dei voluntatem sollicitent, sique æmpossibiles cum scientia visionis de rei futuritione, atque actuali existentia, & cum gaudio per hanc regulato; desiderium regulatum per illas æternè perdurat: quod in nobis nequit euenire, quibus obiecti præsentia, & possessio scientiam de eius existentia pro tunc depellit. Inde verò constat desiderium efficax de re talitè appropinquanda, eo adhuc elapso, & inuenerit non ferri in impossibile: nam per scientiam simplicis intelligentiæ, aut conditionatam, qua semper regulatur, Deique ad illud mouetur, non proponitur cum actuali existentia elapsa, seu præterita, sed pro priori quasi naturæ, & maioris vniuersalitatis, ut ab actuali existentia, & negatione sui præcindit. Sed neque tam est desiderium illud otiosum. Tum quia nec ritus casualia (cuiusmodi decretum efficax est) otiosa, & frustranea est post absolutum effectum: cum satis ne frustranea, & otiosa sit, habeat, si ad actum reduci possit aliquando: nempe quando oportet, & ubi oportet, ut docet Cateranus aiebat. Tum quia, si otiosè & frustratè non fuit per vos ab æterno, cum non poterat effectum pro hoc instanti decretum apponere, quia id ad Dei perfectionem spectat, ita neque clasp hoc instanti otiosè, & frustratè per æternitatem perdurabit: quia id ad perfectionem immutabilitatis Dei est necessarium. Denique his argumentis solutio sequentibus adhibenda clarius adhuc satisfacet.

CERTAMEN II.

Difficiliores ex Scientia, obiectiones enervantur.

1. Obicitur difficilior adhuc. Deus ab æterno nouit incarnationem futuram, quam futuram non potest, nisi falsò indicare, ex quo peracta de facto fuit: ergo iudicium de eius futuritione Deo ex tunc cessauit, ac defecit. Item ex eo tempore Incarnatio, aut Natiuitas Christi præterita à Deo indicatur, cum tamen præterita per antecedentem æternitatem ab eo iudicari non potuerit, quia falsò indicaretur, quod Deo repugnat: ergo iudicium de Incarnationis, aut Natiuitatis præteriti.

Christoph. de Ortega, de Deo Uno. Tomus I.

tionem ab eo tempore Deo caput. Denique solùm cum actu & de præsentis erat, siueque Incarnatio, & Natiuitas Christi vere iudicari à Deo poterat actu, & de præsentis fieri, vel esse, non autem æternitate antecedente, vel subsequenti illud instans: siquidem in eis falsum esset hoc Dei iudicium *Incarnatio, vel Natiuitas actus, & de præsentis est*: ergo scientia & iudicium hoc diuinum in tempore caput, atque in tempore defecit Deo, ac proinde Deus, quo ad scientiam absolute existentium contingentium mutatur negatiue in tempore, & à positua scientia in negationem eius, & positua à negatione scientiæ in scientiam de illis. Nec videtur communis solutio sufficiens: quod nimirum ea mutatio in scientia, & iudicio Dei intrinsecè non sit, sed in obiectis ipsis extrinsecè à tempore, quo durant, eiusque varietate, à qua intrinsecè Dei scientia denominatur extrinsecè præscientia. Etenim argumenta intrinsecè Dei iudicium falsum esse, ac proinde Deo impossibile nisi eis determinatis temporibus futuritionis; præsentia, aut præteritionis obiecti, videntur ostendere. Id quod duplici argumento acutè satis instructo contendunt Murciani Recentiores, & à priori, & ab absurdo.

2. A priori: quia rem esse actu, & de præsentis diuersa veritas obiectiua est ab hoc, quod rem futuram esse, aut præteritam, & cui assentiri verè, ac proinde absolute non potest Deus, quousque eius duratio de præsentis sit: alioqui assentiri ei veritati res, vel duratio, actu, & de præsentis est extra eius, & durationis præsentiam, nimirum antequam sit, vel postquam præterit potest: atque nobis nunc reuelare: *Antichristus est*, actu nimirum, & de præsentis, ac similiter *Iudas, actu, & de præsentis tradidit Christum in horro.* Si enim non sit diuersa veritas obiectiua, vel sit extra actualem eius existentiam de præsentis verè, ac proinde absolute iudicabilis à Deo: & erit absolute reuelabilis, Quocumque enim tempore Deus verè iudicat aliquid absolute, potest, & absolute, ut illud iudicat, nobis reuelare. Confirmant à paritate triplicis status rei: nempe possibilitatis, futuritionis conditionata, & futuritionis absolute, qui diuersas veritates obiectiuas constituunt, quarum neutra pro statu prioris potest iudicari, scilicet à Deo, quousque res in illo de facto sit: ac proinde diuersas in Deo scientias constituunt: ergo & veritas actualis existentia rei de præsentis diuersa est à veritate futuritionis; neque de re pro statu futuritionis vere iudicabilis, quousque actu, & de præsentis sit, verè res, eiusque duratio: diuerso item iudicio, quo futura iudicabatur, & res, & duratio eius. Confirmant secundo argumento, quod ex gaudij natura nobis opposuimus cert. 2. quod nisi de bono actu existentem, & possessio esse nequit.

3. Si recurramus ad Thomisticam rerum præsentiam in æternitate, incidit in impugnationes tactas ibi. Si autem ad diuinæ scientiæ eminentiam, quæ abique vlla sui variatione succedentes temporariè veritates repræsentet, ac penetrat: id solum contenditur. Si solum pro tempore, quo de præsentis sunt repræsentari admittas, ac de nouo tunc vere denominari scientem absolute Deum rem de præsentis, & actu esse: id enim solum satis est, ut diuinæ scientiæ eminentia saluetur. Est tamen contra Augustinum, & Prosperum, imò & reliquos Patres, & Theologos, qui hac de re disseruere. Idemque contra. Idem in affectibus Dei liberis fateri teneberis. Si tertio dicas implicare aliquid esse aliquando verum quod ab æterno, & æternè verum non sit, atque iudicabile, & cognoscibile ut in cert. 2. arguebamus. Solùm probabis esse verum veritate futuritionis, & præteritionis, atque, ut futurum ab æterno, ut præteritum verò per æternitatem etiam successuram esse verè cognoscibile, ut argumentum nostrum ibi probabat. At verò veritatem de præsentis, seu hoc quod est actu, & de præsentis rem esse, atque ita esse ab æternitate, in qua nondum de præsentis res est, aut ea elapsa eiusque duratione per æternitatem, in qua eius negatio suo modo erit, ac rem esse repugnabit, eam veritatem obiectiuam huius iudicij, *res eiusque duratio actu est, ac de præsentis* persistere, non apparet unde probetur, adhuc appareat, ut argumento, specie saltem minus, satisfiat.

4. Ceterum, etsi certum sit diuersam obiectiuam veritatem esse rei, seu durationis futuritionis ab eius actuali existentia de præsentis, quia plura vnum obiectum, quam